



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

14. Trisagion Angelicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 14.

Trifagion Angelicum

*Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis &c.***C**hristiades toto cantate Trifagion orbe,
Si salvanda seges, si-ve fuganda lues.(a) In sublime puer longè super aëra raptus,
Attulit Angelicis hæc documenta Choris.Sancte, potens, fortis Deus, immortalis, ab omni
Quâ premitur, populum protege clade, tuum.(a) Sub annum Domini 446. tempore Theodosij Imperat. Constantinopoli, pro communi necessitate processio instituta est, ex quâ puer in aëra sublatus; & hoc Trifagion ab Angelis, ut a populo decantaretur edoctus, cladem avertit. Ex Damasc. traët. de Trifagio.

SYMBOLUM 15.

Tres Filix S. Sophia.

*Fides, Spes, Caritas.***D**iva Sophia tribus fœlix matrona puellis,
Christiadum Charites tres tibi Roma dedit.

Victrices adeunt fuso tres sanguine cælum,

Ter, phlegetontæam, victæ tyranne, stygem

Redde Vices parti, merces Trias una, triumph;

Vinciet æternis tempora terna rosæ.

SYMBOLUM 16.

*Tres digiti, quibus S. Augustino scribenti, SSS. Trinitas imaginem suam revelat.***D**extra movens calamum digitos tres nectit in unum

Omne Dei robur (a) ter digitale notat.

S

An